

ritali compatri Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, Paulus papa.

Et ideo his apostolicis relationum sillabis melifluae et a Deo institutae regalis vestrae potentiae culmini innotescimus suscepisse nos post absolutionem nostrarum litterarum sillabas a sanctissimo fratre nostro Sergio, archiepiscopo Ravennate, quas Leon imperialis*** (*spatarius*; c o d. *servus*) eius sanctitati Ravennatum provincia visus est direxisse. Et ecce infra has nostras apostolicas litteras praeclare excellentiae vestrae earum instar direxisse, ut, suasionis versutiam in eis adnexam prae-fulgida excellentia vestra agnoscens, defensionem perfectius studeat procurandam

Exemplar denique epistulae secretae, directae a quibusdam fidelibus Veneticis sanctissimo fratri nostro Sergio archiepiscopo, simul et ex litteris, quas idem sanctissimus vir nobis direxit, infra haec nostra scripta misimus. Et peto et tamquam presentaliter deprecor atque per omnipotentem Deum coniuro excellentissimam christianitatem vestram, ut nimis velociter dirigere iubeatis vestram praeceptionem Desiderio, regi Longobardorum, ut, si necesse exigerit, auxilium prestare debeat tam Ravennae quamque Pentapoleis maritimis civitatibus ad dimicandum contra inimicorum impugnationem.

30. - 770-72. *L' arcivescovo di Grado Giovanni a papa Stefano III (IV).*

Fonte: Arch. Stato, Venezia, codice Trevisano, c. 13 sg., n. 10.
Ediz.: Mon. Germ. Hist., *Epist.*, III, 712 sg.

Domino sanctissimo ac ter beatissimo apostolico atque coangelico patri, domino Stefano, universali pappe, Iohannes, servorum Dei servus, humilimus episcopus.

Si omnes capilli capiti nostro ignes exuerint omnisque virtus nostra odore farciatur suavitatis, nec sic digne